



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

7 Collatores in conferendis beneficijs fines facultatis servare debent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

negat omne aliud tempus, & omnem alium effectum, l. 2. c. de patr. qui fil. distr. cap. cum Ecclesia Sutrina, §. verum, quoniam, de caus. poss. & propr. Bart. in l. 1. nu. 1. ff. si quis iud. non obtemp. Ruia. conf. 133. num. 6. volum. 1. & conf. 3. num. 26. volum. 2. habet etiam decretum irritans, quod omnia in contrarium facta annulat, & clausulam, ꝑ sublata facultate aliter iudicandi, vel interpretandi, in fine positam, quæ tollit iudicibus facultatem aliter iudicandi, cap. si eo tempore, de elect. in 6. Card. in cap. quia diligentia, eod. tit. Paris. conf. 38 nu. 7. & conf. 41. n. 22. lib. 4. Cassad. super reg. decis. 12. numer. 5. cum sequ. & Gomel. in reg. de anna. quæst. 4. numer. 5.

7 Ideo collatores ꝑ in conferendis beneficijs fines facultatis ipsis concessæ diligenter servare debent, alias, si in collatione beneficiorum in mensibus Sedi Apostolicæ dictæ regulæ vigore, seu alias quomodolibet reservatis, vel affectis, se intromiserint, aut quominus provisiones, & gratiæ Apostolicæ de illis factæ debitum effectum consequantur, impedimentum quoquomodo præstiterint, usu, & beneficio prædictæ facultatis eo ipso privati existunt, & collationes, ac aliæ dispositiones de beneficijs, illius prætextu, deinceps ab ipsis Ordinarijs collatoribus faciendæ, nullius redduntur roboris, vel momenti, ut in ead. reg. 8. circa fin. quia ꝑ frustra auxilium legis implorat, qui in legem committit. l. auxilium, in fine ff. solut. matr. & Innoc. in cap. intelleximus n. 4. de adult.

9 Si verò Episcopus ꝑ sanitatis recuperandæ vel amicis, aut consanguineis invivendi causa, vel pro suæ ecclesiæ aut cleri negotiis per aliquos, puta, quindecim, vel viginti dies abesse contigerit, & redi-

ens, ad suam residentiam beneficia vacata in ejus absentia, vacantia repererit, nihilominus illa in mense eidem Ordinario per alternativam concessio, conferre poterit, si abfuit, non animo transfereadi domicilium, sed brevi tempore reversurus, & in palatio Episcopali dimisit familiam: quia in civitate dicitur manere, licet ibi non sit præsens, dummodo ibi habeat familiam, Bart. in l. 1. nu. 7. ff. de lib. agnosc. & Felyn. in cap. quoniam frequenter. num. 10. ut lit. non contest. & quod qui aliquantisper tantum absunt, non videantur abesse, quia statim sunt reversuri, tenet concil. Trident. cap. 1. ante med. vers. quoniam autem, de reform. sess. 23.

Beneficiorum ꝑ pluralitas semper fuit odiosa, cap. sanctorum, 70. dist. & Rebuff. in prax. benef. de dispen. ad plur. benef. nu. 21. parr. 2. ideo beneficium unum singulis tantum conferri debet, quia ecclesiasticus ordo pervertitur, quando unus plurimum officia occupat clericorum; nec cuiquam in duobus ecclesijs conferri licet, c. unio. §. sed, & hoc, 10. quæst. 3. cap. 1. & 2. 21. qu. 1. cap. eam te, de at. & qualis. cap. quia nonnulli, de cler. non resid. cap. quia in tantum, cap. referente, cap. ad hæc, cap. cum non ignores, cap. de multa de præb. concil. Trident. cap. 17. de reform. sess. 24. & congreg. conc. super eodem c. sub. tit. Revennaten.

11 Si vero ꝑ beneficium fuerit adeo tenue, ut ad unius sustentationem sufficere non possit, tunc poterit Ordinarius sic proviso de alio beneficio providere, d. c. eam te, de at. & qualis. & eod. cap. 17. sess. 24. qui autem plura beneficia prætendunt, etiam si sint ita tenuis redditus, ut ad sustentationem non sufficiant, cum ultra duo ad summum pro sustentatione, ordinaria auctoritate,